


ACCEDENTE  
 VIRO  
 NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO  
**ZACHARIA**  
**BENIAMINO**  
**POCARO,**  
 ARTIVM LIBERALIVM  
 ET  
**PHILOSOPHIAE MAGISTRO,**  
 AD REM SCHOLASTICAM  
**LYCEI BVTTSTADIENSIS,**  
 VT ORNARETVR OFFICIO  
**RECTORIS SCHOLAE**  
 A. D. ID. JVL. CIO IDCC XXXII  
 DEBVERVNT  
 PIETATEM DECLARARE SVAM ERGA  
 FVTVRVM SVVM  
**PRAECEPTOREM LONGE CARISSIMVM**  
 ORATIONE NVMERIS VINCTA  
**PRIMI CIVIS ORDINIS.**

VINARIAE,  
 LITTERIS MVBACHIANIS.



Kapsel 78N13 [110]

AK



Rtis o doctae iuvenes alumni,  
Maximum tempus studiis sacratis  
Qui datis; laudem *Domino* parate  
Coela regenti.

Et DEI sancti celebrate nomen,  
Mente sincera perorate laudes  
Illius, quo non melior quis umquam  
Numinis almi.

Est fator numen fator & scholarum.  
Ergo tollas hoc, quoniam benigne  
Et scholam nostram posuit diu iam,  
Atque tuetur.

Atque conseruat DEVS arua ludum,  
Sic, ut irroret bonitate dulci  
Illa largorum, meliusque crescant  
Cum benefactis.

Est trium quaeuis schola nam columna  
Ordinum; quare DEVS est patronus  
Illius pollens: tribuitque doctos  
Arte magistros.

Qui suo iussu doceant iuuentam,  
In iuuenta ut sit pietas modesta,  
Et simul studiis dociles det annos  
In DEI honorem.

Sit dolor pulsus ueteris Magistri,  
Namque nunc tenit notius is POCARVS,  
Quem DEVS mittit: capiat ergo  
Gaudia blanda.

Hic POCARVS nam pietate uera  
Imbuet mentem studiisque cunctis.  
Et potest & uult animos docere  
Artis honorem.

Nam labro nobis animoque fido  
Omne monstrat quod studiis refertur.  
Atque cunctis est celebratus arte,  
Maxime ludum.

Et sacro sanctae studium sophiae  
Mente formabit, patefacta uerba  
Numinis diui quoque clara nobis  
Reddere debet.

Indicat nobis uariasque linguas.  
Instruit nos in reliquis hebraeis  
Artibus: graecam quoque nos loquelam  
Edocet apte.

Lingua, quam dixit Cicero, docetur.  
Sermo germanus quoque perpolitur.  
Et modum multis perorare rebus  
Instituemur.

Temporum cursu ueteri nouoque  
Acta quae sunt, haec, memorabit iste,  
Quem DEVS nobis tribuit, POCARVS,  
Ipse magistrum.

Orbe terrae qui fluuii plagaeque;  
Principum quod sit genus omnis orbis  
Et quod est, noster, reliquum, POCARVS  
Cuncta docebit.

Suauius & morum quoniam uenustas:  
Ille mores hos animis figurat.  
Ducet ad uerum studiique finem  
Te Duce Christo.

Dexter, est, gratus, simul atque comis  
Mente sinceraque animos docebit  
Lucide nostros, solideque pulchras  
Explicat artes.

Hanc habemus spem, schola nostra flore  
Quod nouo semper sit & aucta multis  
Commodis, nostri celebris POCARO  
Fama Lycei.

Nam suum noster tribuit laborem  
RECTOR huic urbi, prior erudiuit  
Quae artibus talem uigilem magistrum  
Huncce POCARVM.

Quisque cui cordi caput est per artes  
Ferre, non paruo placidum POCARVM  
Gaudio fumet, studium suamque  
Dexteritatem.

Est amor uerus, fideique uirtus,  
Comitas semper grauitate mixta  
In POCARO; & nos faciet modestos  
Arte polita.

Optimas artes ideo colentes,  
Et scholae, quae *Buttstadii* est, alumni,  
Nos mereri iam uenientem amore  
Rite tenemur.

Optima TE nunc animo salutant,  
Cum scholae in fores aditum celebras,  
Qui fide, cura, studio TVOque  
Instituentur.

Nunc adest noster *Pater* atque *Pastor*,  
Impiger Doctor decorandus ille,  
Nos amans uere fere amore *Patris*  
Et sine fine.

Nostrum amorem nos animosque gratos  
Carmen incultum & tenue hocce notet,  
Gratulamur dum pietate ducti  
Mi, TIBI, RECTOR.

Tu uoluptatem uideas beatam  
Munere hoc semper: DEVS adstat illis,  
Sanitatem datque, secunda, qui se  
Rite uerentur.


Si DEVS fortem dabit ipse cunctam,  
Nostra florebit Schola cum POCARO.  
Tu DEVS mitis Dominusque pollens  
Annue uotis.



78 N13 [110]

X3013738

16



ACCEDENTE  
 VIRO  
 NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO  
**ZACHARIA**  
**BENIAMINO**  
**POCARO,**  
 ARTIVM LIBERALIVM  
 ET  
**PHILOSOPHIAE MAGISTRO,**  
 AD REM SCHOLASTICAM  
**LYCEI BVTTSTADIENSIS,**  
 VT ORNARETVR OFFICIO  
**RECTORIS SCHOLAE**  
 A. D. MD. CXXII. ID. JVL. CIO IDCC XXXII  
 DEBVERVNT  
 PIETATEM DECLARARE SVAM ERGA  
 FVTVRVM SVVM  
**PRAECEPTOREM LONGE CARISSIMVM**  
 ORATIONE NVMERIS VINCTA  
**PRIMI CIVIS ORDINIS.**

VINARIAE,  
 LITTERIS MVMBACHIANIS.



Kapsel 78N13 [110]

AK

